



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Suumma [!] de laudibus christifere virginis Marie

Albertus <Magnus, Heiliger>

Colonie, 1502

VD16 A 1357

De b[e]n[e]dict[i]o[n]e Balaa[m] s[e]c[und]a

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69610](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-69610)

De secunda bñdictõe fo. cui.

benedictio. vel ad homines. et sic est secunda Si ad extraneos malos. vel demones et sic est tercia. vel hoies. et sic est quarta. Si ad posteros vel finem carnis. sic est materialis seminis multiplicatio. vel finem aiam. et sic est spiritualis multiplicatio Si autem est benedictio in se. vel in presenti. vel in futuro. In plenitate vel quantum ad operationem. et sic est actio. vel est quantum ad cognitionem. et sic est contemplatio. Si in futuro. vel terminus huius vite intra. et sic est mors. vel terminus huius vite extra. et sic est beatitudo

Secunda benedictio Balaam principaliter hec est. Non est ydolum in Jacob. nec videbit simulacrum in israel. dominus deus eius ait ait eo est. et clangor victorie in illo est. dominus deus eduxit eum de egypto. cuius fortitudo similis est rhinocerontis. non est augurium in Jacob. nec diuinatio in israel. et tempore suis dicitur israel et Jacob. quod operatus sit dominus. ecce populus ut leena surget et quasi leo erigetur. non accubabit donec devoret predam et occisorum sanguinem bibat. ¶ Hec autem benedictio decem habet particulares Prima est immunitas peccatorum corporalium. et hoc est quod dicit. non est ydolum in Jacob. Secunda est immunitas peccatorum spiritualium. et hoc est quod dicit. non videbit simulacrum in israel. Tertia est diuinum auxilium. et hoc est quod dicit. dominus deus eius cum eo. Quarta est ammonitio predicatorum. et hoc est quod dicit. et clangor victorie in ipso est. Quinta est de mundo educatio. et hoc est quod dicit. dominus educxit eum de egypto. Sexta est humanae sapientie evanescatio. et hoc duplum vel quantum ad animalis intellectum. et hoc est. non est augurium in Jacob. vel quantum ad carnalem effectum. et hoc est. neque diuinatio in israel. Septima est diuine sapientie repletio. et hoc est dupliciter. vel quantum ad corporalia. et hoc est quod dicit. in temporibus suis dicitur in Jacob. vel quantum ad spiritualia. et hoc est quod dicit. in israel quod operatus sit dominus. Octaua est in fide confidentia. et hoc est quod dicit. ecce populus ut leena consurget. Nona est exultatio in spe. et hoc est quod dicit. ut leo erigatur. Decima est reflectio in charitate. et hoc est quod dicunt. non accubabit leo donec devoret predam. ¶ Sunt ergo benedictiones cum suis subdiuisionibus. xii. quarum sufficietia sumit. scilicet ista. Benedictiones datur in comparatione ad statum preteritus. que est educatio de egypto. Et in hoc tria sunt. Primus est educandi dispositio. secundum ipsum ipsa educatio. tertius est ipsa educatrix conuersatio. In dispositione triplex est benedictio. vel enim est ex parte educandi. et sic est peccatorum immunitas. et hoc est vel corporalium vel spiritualium. et sic sunt duae prime benedictiones. Uel est dispositio ex parte educentis. et sic est diuinum auxilium. vel est ex parte adiumentis. et sic est ammonitio predicatorum. disponitur enim ad educendum peccatorum peccatis recedendo. dominus gratiam insundendo. predicatorum penitentiam predicando.

De benedictione tercia

In ipsa autem eductio duo sunt. unum recessus a malo. et hoc est de mundo eductio. Aliud est ad regnum adiuvatio. Eductorum versatio consistit in duobus. unum est impedimentum auferendo. aliud est necessarium tribuendo. Impedimentum duplex. in intellectu aialis sensus. in affectu carnalis affectus. hec duo comprehendit humane sapientie euacuationem. Item necessarium tribuendo est duplex. quo ad intellectum. et sic est divisione sapientie repletio. quo ad affectum. sicut rationali fides. in irascibili spes. in concupisibili refectio in charitate et sacramentorum perceptione.

Beata virgo habuit primus. Tercium etiam habuit in eo quod gratia plena fuit. Quartum habuit quod omnium perfectissime ductrix fuit ope. Quintum habuit quod de mundo segregatissima fuit. Sextum quod in regni solio iuxta regem glorie ipsa in reginam sublimata fuit. Septimum habuit. quod aiamen sensum omnino euacuavit. Octimum habuit quod super omnes fide eminentissima fuit. Nonum habuit. quod nullum carnalem affectum habuit. in qua etiam peccati fomes omnino extinctus fuit. Decimum habuit. quod divina sapientia fuit plena. scilicet quod ipsam sapientiam generauit. Undecimum duodecimum et tredecimum habuit. quod fides spe et charitate omnes ancellit. Et sic per secundam benedictionem balaam super israel enumerata quae in benedictione benedictissime universali et in omni excellentia fuit comprehensa.

Tercia benedictio Balaam principalis est hec. Numeri. xxvij. quod pulchra tabernacula tua Jacob. et tentoria tua israel ut valles nemorose. ut orti iuxta flumini irrigui. et tabernacula quae fixit deus et non homo. quasi cedri iuxta aquas. fluat aqua de situla eius. et semen illius erit in aquas multas. tollef propter eum a Gad rex eius. et auferet regnum illius de humero eius. deus de egypto duxit illum. cuius fortitudo similis est rhinocerontis. deuorabut gentes hostes illius. ossaque corrum fringent. et proferabut sagittis. accubens dormiuit ut leo. et quasi leonem quae suscitat nullus. qui benedixerit tibi erit ipse benedictus. quod mares comprehendunt te in maledictione reputabis. In hac benedictione nouem benedictiones sunt comprehensae. Prima est multiplicatio ecclastica actionum et hoc intelligit per hoc quod dominus. quod pulchra tabernacula. Secunda est pulchritudo religionis. et hoc est. et tentoria tua israel. Tertia est ordo et institutio predicatorum. et hoc est quod dominus. fluat aqua de situla eius. Quarta est iudaici regni destructio. et hoc est. propter eum tollef a gad rex eius. Quinta est regni gentium ecclie subiectio. et hoc est quod deuorabut gentes hostes eius. Sexta est demonum fractio. et hoc est ossaque illos confundet. Septima est antichristi intersectio. et hoc est. proferabut sagittis. Octava est a summo mortis resurrectio. et hoc est accubens dormiuit ut leo. Nona est malorum et bonorum remuneratio. et hoc intelligit ibi. qui benedixerit tibi tecum. Sumat istaz benedictionum sufficientia in